

LXXIII.

Tum ali-
quid potest
esse deter-
minatè fu-
turum longè
ante omnem
determina-
tionem vo-
luntatis, quæ
ita tota re-
linquitur si-
bi.

Iraque jam ut clariùs pateat solutio objectionis, pono illam sub hac brevi forma. Veritas quæ pender à principio adhuc indeterminato, non est determinata: sed veritas, de qua sermo est, pender à principio adhuc indeterminato: igitur non est determinata. Ac tum respondeo & nego absolutè majorem, quia stat notio veritatis determinatæ circa rem aliquam futuram, licet nondum extet ad illam determinatio, dummodò talis determinatio sit impedibiliter exitura: dummodò enim sit in hunc modum exitura, aliquando determinatè verum erit rem illam esse: & sic jam determinatè verum est, quòd sit futura: sicque tota vis objectionis efringitur.

LXXIV.

Et ita no-
tio veritatis
determinatæ
non oppo-
nitur no-
tioni indis-
ferentia.

Exinde ad difficultatem, quæ additur, solvendam, dico falsum esse, quod putant Adversarii de repugnantia inter notionem veritatis determinatæ circa rem futuram, & notionem ejusdem rei prout contingenter futura. Quia licet id, quod determinatè eventurum est, necessariò eventurum sit, ut ajunt, ubi est tamen eventurum necessariò eà necessitate, quæ libertati utriusque ob-
tet, cum non occurrat in hoc casu alia necessitas, quàm consequens & hypothetica, & toto cælo distans ab omni alia antecede-
nte & absoluta, per quam inferretur vis voluntati.

LXXV.

Sed decre-
ta Divina
longè aliter
determina-
rent volun-
tatem, & ita
necessita-
rent.

Supponitur enim hoc tantum, nempe futurum esse aliquando determinatè verum, quòd Paulus oret: ac tum hinc concludimus necesse esse, ut Paulus oret: sed quæ est hæc necessitas, nisi necessitas orta ex suppositione, quæ per se voluntatem nullatenus determinat, sed tantum coarguit fore, ut sese voluntas aliquando determinet ad orationem ob id, quod supponitur fore aliquando verum, quòd sit ad illam determinata? Quo pacto voluntas, licet sub hoc sensu suppositio necessitata, relinquitur nihilominus tota sibi ipsi. At omnino aliter res habet, ubi agitur de decretis Divinis, quæ preveniunt & determinarent voluntatem: quoniam talia decreta voluntatem suâ vi prædeterminatice afficerent atque impellerent; & sic non merè consequentem & hypotheticam, sed absolutam & antecedentem necessitatem inducerent, quæ è diametro pugnat cum libertate.

LXXVI.

Qualiter
vis illa, licet
potentissim.
ma, contra-
dictionis, de
qua sermo
est, nullate-

Tum quia præsens difficultas præsertim respicit illam contradictionis vim, ob quam necesse est, ut contendimus, alteram è duabus propositionibus de futuro contingenti esse determinatè veram, fateor hanc vim insuperabilem esse, & omni aliâ intelligibili, etiam Divinâ, majorem. Veruntamen quia hæc vis non influit in voluntatem per concursum activitatis, sed tantummo-